VERS. 31, 32. — *MIGRAVIT*, vel *ablatâ est*, vel *au fugit*. Verbum enim *nadad*, motum celarem, commotio nem celarem, fugam seu agitatem significat, neque habet sermo Latinus unum verbum quo omnibus locis reddi possit hoc Hebraum. Quid sequitur, *habitatores Gabim, confortamini*, potest reddi per præteritum *confortari sunt*, vel *obfirmati sunt*. Mihî non male coherere videatur cum priori parte sequentis versi, *obfirmemini*; nam *unius diei spatium* habetis quo in Nob exercitus hostium *sabitist*. Quid si ironice dicitur accipias, non male conveniet. AGITABIT. Propriam verbi significacionem expressit vulg. Interpres; de qua supra v. 15; sed constructio haec nova est, ut sit cum duobus accusativis absque ultâ præpositione; nam quam addunt, *ad, super, contra, etc.* non est in textu, unde fortè sic reddendus esset locus: *Agitabit manus sua mons filii Sion*, etc. Concessi sunt enim timore habitatores Jerusalem cùm adventum hostium intellexerunt, sicut supra dixit quid *commoti sunt sicut arbores silva, et alibi, sicut arundo in aqua*. Verum dicere possumus omitti prepositionem in Hebrewi, sicut sepius conseruerunt quando motum significavit, *versus montem*, etc.

VERS. 33. — *CONFRINGET*. Vox saepha rara est, similiter et nomen plurali, quid *lagunculam* vertit Vulg. Hinc fit ut non planè nota sit earum accipio et significatio. Congruit autem hiujusmodi lectio cum victoria quam Israelite de Madianitis reportarunt, cui hanc supra comparaverat: confractis enim lagunculis magno cum terrore hostes fuit Gedone. Si autem conjecturis locus est in investigandis nonnullarum vocum significacionibus, videatur esse participium verbi secunda conjug., quod a nomine *תְּבִרֵא* formatur, quod cuiuslibet rei *protensionem* seu *prominentiam* significat, de quo supra cap. 2, et infra 27, et 57, et 17, ubi pro *ramorum prominentia* sumitur. Similis autem forma plerique contraria significacionem inducit, et hinc loco non male convenit, *dera men* (si Latine diceretur), id est, ramos præscindere. Nomen *verò pharash* manifestum est esse à verbo quod *decorare* seu *ornare* significat et pro *frondibus*, qui ornamenti sunt arbutorum, accipi videtur Ezech. 17, ubi Vulg. *propagines* vertit; et 51, ubi Vulg. *frondes* vertit; et superiorem vocem, à quâ diximus formari verbum, *ramus* interpretatus est: *In ramis ejus fecerunt nidos omnia volatilia celi, et sub frondibus ejus generunt cunctæ bestiae saltâs*. In quo quidem loco Ezechiel videt regem Assur proceruâ arbore compari, cuius cùm perditionem narret, *confingendo* ramos ejus et arbusta ejus dicit, ut videatur locus hic Isaiae illis verbis Ezechielis explicari. Hoc autem loco Vulg. scutus Aquilam, qui *repares* vertit, *la*

aliquas etiam remotores, quas terrore implevit, missâ forte cùm exercitu: parte. Porro videatur ipse ex Egypto progressus per Judam et Benjamin illa ferre vâ, quâ olim Israelita cùm transiisse Jordane à campis tribus Moab in Galala et Jerichonum aciem direxerint, atque inde progressi cuperent Hai, et postea adjuncisi sibi Gabonitis superflavum regem Hies rolymorum et alios. (Corn, à Lap.)

gunculan reddidit. At Septuaginta gloriostis interpretati sunt juxta nostram etymologiam. In *TERRONE*, vel *cum terrore*. Verbum à qua vox *maaratsh* derivatur non tam *terrorem* quam *violentiam* notat. Vide supra 8, 12; hanc autem terror consequitur; unde et pro *terrore* capi potest.

Vulg. 55. — *ET SUBVERTENTUR*, etc. Jam supra de his similitudinibus dictum est; ita enim suci si sunt quasi si quis magna vi ramos arborum in terram trahat, aut fero arbores silva prostrat. Quoniam vero illi non intellexit se esse securum quâ Deus aliorum regna deiebat, idcirco arboribus securi dejectis compararunt milites ac duces ejus, et Libano, in quo cedri sublimes erant. Vide Ezech. 31. Cum *excelsis*, Vulg. accipit *bellum* pro *præpositione cum*, et singulare pro plurali. Adir est *per amplum, præ grande, præpotens*. Ego hic angelum Domini significare arbitror, per quem Dominus Assyrios nocte nata delevit: quod certè symbolum quoddam fuit illius victorie et occi-

## CAPUT XI.

1. Et egredietur virga de radice Jesse, et flos de radice ejus ascendet.

2. Et requiescat super eum Spiritus Domini; spiritus sapientiae et intellectus, spiritus consilii et fortitudinis, spiritus scientiae et pietatis.

3. Et replebit eum spiritus timoris Domini. Non secundum visionem oculorum judicabit, neque secundum auditum aurium arguet;

4. Sed judicabit in justitia pauperes, et arguet in aequitate pro mansuetis terra; et percutiet terram virgâ oris sui, et spiritu labiorum suorum interficiat impium.

5. Et erit justitia cingulum lumborum ejus; et fides cinctiorum renum ejus.

6. Habitabit lupus cum agno, et pardus cum hædo accubabit: vitulus et leo et ovis simul morabuntur, et puer putris minabit eos.

7. Vitulus et ursus pascentur: simul requiescent catuli eorum; et leo quasi hos comedet paleas.

8. Et dilectabilis infans ab ubere super foramine aspidis, et in cavernam reguli, qui ablatus fuerit, manum suam mittet.

9. Non nocebunt, et non occident in universo monte sancto meo: quia reptila est terra scientia Domini sicut aque maris operientes.

10. In die illâ, radix Jesse, qui stat in signum populorum, ipsum gentes decrèpabuntur, et erit sepulcrum ejus gloriosum.

11. Et erit in die illâ: adjicet Dominus secundum manum suam ad possidendum residuum populi sui, quod relinqueret ab Assyriis, et ab Egypto, et a Phœtros, et ab Æthiopia, et ab Elam, et à Sennar, et à Emath, et ab insulis mari.

12. Et levabit signum in nationes, et congregabit profugos Israel, et dispersos Juda colliget à quatuor plagiis terre.

13. Et auferetur zelus Ephraim, et hostes Juda peribunt; Ephraim non annulabatur Judam, et Judas non pugnabit contra Ephraim.

sionis spiritalis quae per Dominum illum præpotenter patrata est, quando vis omnis atque potentia inimici corruit, aut illius quam postea per Apostolos exercuit, quando tyrannos jugo fidei subdididerunt, et de mundo ejectus est hostis humani generis: quæ omnia potentia illius fortis Domini Jesu perfecta sunt. De quâ mox apertiora oracula audies.

Juvat autem considerare Scripturam hoc in loco brevitatem pariter et majestatem. Ubi descripsit hostium adventum et totius Iudea consternationem, non nullâ transitione fatâ opponit He in illo ipsos hostes potentiam, hostium subversionem, eamdemque ipsi Deo facilem; ut in mediâ umbra mortis iam sine metu ambulemus: quod propheta vers. 20 hujus capituli quasi probandum seu persuadendum prôposuit: *Erit, inquit, in die illo, non adiicit residuum Israel imiti super eo qui percūti eos, sed innovet super Dominum sanctum Israel in veritate*.

## CHAPITRE XI.

1. Il sortira un rejeton de la tige de Jessé: une fleur naîtra de sa racine.

2. Et l'Esprit du Seigneur reposera sur lui, l'esprit de sagesse et d'intelligence, l'esprit de conseil et de force, l'esprit de science et de piété;

3. Et il sera rempli de l'esprit de la crainte du Seigneur. Il ne jugera point sur le rapport des yeux, et il ne condamnera pas sur un oui-dire;

4. Mais il jugera les pauvres dans la justice, et se déclarera le juste vengeur des humbles sur la terre. Il frapperà la terre par la verge de sa bouche, et il tuerà l'impie par le souffle de ses lèvres;

5. La justice sera la ceinture de ses réins; et la ceinture de ses réins.

6. Le loup habitera avec l'agneau; le léopard se couchera auprès du chevreau; le veau, le lion et la bresil demeureront ensemble, et un petit enfant les conduira.

7. Le veau et l'ours iront dans les mêmes pâtures: leurs petits se reposent les uns avec les autres; et le lion mangera la paille comme le bœuf.

8. L'enfant à la mamelle se jouera sur le trou de l'aspic; et l'enfant nouvellement servé portera sa main dans la grotte du basilic.

9. Ils ne nuiront point, et ils ne tueront point sur toute ma montagne sainte, parce que la terre est remplie de la connaissance du Seigneur, comme la mer des eaux dont elle est convertie.

10. En ce jour-là, le rejeton de Jessé sera exposé devant les peuples comme un étendard; les nations viendront lui offrir leurs prières, et son sépulcre sera glorifié.

11. Alors le Seigneur étendra encore sa main pour posséder les restes de son peuple, qui auront échappé à la violence des Assyriens, de l'Egypte, de Phœtros, de l'Ethiopie, d'Elam, de Sennar, d'Emath, et des îles de la mer.

12. Et il levera son étendard parmi les nations; il réunira les fugitifs d'Israël, et il rassemblera des quatre coins de la terre ceux de Juda qui avaient été dispersés.

13. Alors la jalouse d'Ephraïm sera détruite, et les ennemis de Juda périront, Ephraïm ne sera plus en vie de Juda, et Juda ne combattrà plus contre Ephraïm.

14. Et volabunt in humeros Philistium per mare, simul prædabuntur filios Orientis, Idumæos et Moab præcepit manus eorum, et filii Ammon obedientes erunt.

15. Et desolabit Dominus linguam maris Ægypti, et levabit manum suam super flumen, in fortitudine spiritus sui, et percutiet eum in septem rivis, ita ut transeat per eum calceati.

16. Et erit via residuo populo meo, qui relinqueretur ab Assyriis; sicut fuit Israeli in die illâ, quâ ascendit de terra Ægypti.

## COMMENTARIUM.

VERS. 1. — EGREDIETUR, etc. (1) Jam qualis futura esset redemptio illa de quâ superiori capite non-

(1) ET EGREDIETUR VIRGA DE RADICE JESSE. Pro virgâ Symmachus et Theodotion vertunt germen, quod dedit florem: alludit ad gloriam salutis et Carmel, id est, ad Sennacherib, et Assyrios, quos cap. præced., v. 18 dixit plantæ contundendos et excendentes, ita ut eorum imperium Ægyptens et viride intereat, ac transferatur ad Cœlestes, q. d. Hoc arbor, imo silva politica Ægypti, tunc, quia tam ita floret et viret, excendet, r. d. ita, nec unquam revirescat; atvero arbor Iudeæ, r. et stirps regis Davidis, locet per Sennacherib sit vastanda et abbreviata usque ad reliquias, ut dixit ibidem, vers. 22, et deinde per Chaldeos penitescendit, tamen remanent trunca et radix, ex qua revirescat et resorceret, dans novam virginem et novum florem, cujus gloria et regnum nunquam deficiet.

Porrò virga est B. Virgo Maria, flos est Christus, radix est familia Davidis jam ablato sceptro quasi emortua et succisa (huc enim significat Hebr. gæza), ita ut sola ejus radix in plebe latere et virere videatur; sed haec ipsa reflorescens proferet florem Christum, tanquam regem regum. Ita S. Hieron., Tertull., August., Amb., de Benedict., patrarchar., cap. 4, qui sic sit: Radix, familia Iudeorum; virga, Maria; flos Maris, Christus est, qui factorem mundanum abolivit, odorem viles æterne Patres, quos fuisse hic citat Leo Castrus; unde Chaldeos claram vertit: Et egredietur rex de filiis Jesse, et Christus de filiorum eius angust.

Nota. Christus vocatur flos ob decorum et suavitatem odoris tam sancte vite, famæ, doctrinae et passionis. Pro flore hebr. est netes; unde Maldon., Janzen et alii apud S. Hier. Christum dictum putant Nazareum vel Nazarenum, q. d. Floridum omni virtute et gratiâ, atque excecentem in magnâ et gloriosa arborem, quæ multos et magnos deficit fructus martyrum, confessorum et virginum. Unde et in titulo S. Crucis qui existat Roma, Noteri, id est, Nazarenus, scripturn per tsade, quasi à netes hoc descendat, ut testatur Sanctus Paginus (quācumq; mithi titulum hunc in basilica sancte Crucis Roma studiis diuque intuenti, litteras Hebreas in eo jam non posse discerni certò, et si discernantur, noteri potius scribi per tsain, quam per tsade, vism sit), et eum secuti Janzen, Maldon., Salmeron., Barbadus, Cajet., Franc. Lucas, et alii in Matth. 2, v. ult.; quin et S. Ille, scribentes ad Pannach, de optimo genere interpretandi Scripturam, veritatem hic: Et Nazareus de radice ejus crescit; atque reprehendit Septuag. quid hoc omiserint; sed de hac re dixi Matth. 2, v. 5 et 25. Pulchrit. S. Amb. 1, 2 de Sp. sancto, c. 5; Virga, ali. Maria, flos Maris Christus, sicut ipse dicit: Ego flos campi, et lilium conceleatum. Flos odorem suum successus reservat et contritus accumulat, nec avulsus amittit; ita et Dominus Jesus in illo patibulo crucis, nec avulsus evanuit, nee contritus expellit; sed illa lancea punctione successus speciosior fusi crux color vernavit, mori ipse nescius, et mortuus

14. Et ils voleront sur la mer pour aller fonder sur les Philistins; ils pilleront ensemble les peuples de l'Orient; l'Idumée et Moab se soumettront à leurs lois, et les enfants d'Ammon leur obéiront.

15. Le Seigneur rendra déserte la langue de la mer d'Egypte; il étendra sa main sur le fleuve, il l'agitera par son souffle violent; il le frapperà et le divisera en sept ruisseaux; en sorte qu'on pourra le passer à pied.

16. Et le reste de mon peuple, qui aura échappé des mains des Assyriens, y trouvera un passage, comme Israël en trouva un lorsqu'il sortit de l'Egypte.

tatem. VIRGA. Bis tantum in Scripturis reperitur hoc nomen ceteri, hic, et Prov. 4: In ore stulti virga superbie. Chal, enim ibi virgam verit. Cognatum ejus keret stylum significat, que virgula quedam est. ET FLOS. A verbo quod servare significat est nomen netser, surculus, indè dictus, quod ejus potissimum habeatur ratio, conservetur ac forevat; aliquoquin facile confringitur. Atque hic unus locus est in quo Dominus dicitur netser, ut verum sit quod apud prophetas NAZAREUS rocambus esset, si per 3 scribi debet nomen Nazareus et Nazareth. ASCENDIT. Sensus expressit Vulg. Nam verbum pharac propriæ fructus esse vel fructificare significat; hic pullulabili vel germinabili dicere possumus. Quod autem habeat de Messia intelligenda sint, præter Chaldeum P. qui regem et Messiam dixi pro virga et surculo, que sequuntur omnia confirmant. Quaenam geah, ut docet annotavit Kimchi, propriæ significet eam radicis partem que supra terram eminet dissecta arboris, non sub terrâ latet et infixa est, scilicet radicum autem eam partem arboris ut herbe sub terra est, ut ex Job. 14 apparat; hic tamen idem his repeti dicere inuiduo modo reservato, lib. 2, sect. 5, c. 7. Si verò illud explicias, quod rex à vate hic celebratus est truncus lobi oriundus dictur, quod Hispice accommodari potest, quia decem tribuum amissione et tot hominum incursionibus validè accise erant res domus Davidis, et magis etiam Serubabeli, qui ex truncu Davidis fuit scissio effloruit, sed hoc, inquam, explicias, cetera omnia que de rege isto hoc votinum predicanter, neque Hispice, neque Serubabeli applicari satis aptè poterunt. Ait Nestor, regem illum omne genus dothibus spiritis divini perfectissimum modore instructum, cormaque usq; perpetuo gavurum (vers. 2), in jure dicendo, bonisq; malisque, insinibus et noxiis, finitè discriminans, illum nullum falli; regnum ejus fore pacatissimum (vers. 8-9); Iudeos per totum orbem sparsos in terram patriam reddituros, depositaque cunctatione et inuidia matutâ junctis viribus hostibus communibus oppugnandis operam daturos (vers. 13, 14). Talia vero quis evenisse demonstrat nisi Hispice aut Serubabeli? Nulla igit dubitatio, depingi a vate nostro illustrum illum principem, Unductus appellatum, qualibet antiquissimum inde temporibus aliquando inter ipsos apparitus rem habebat Hebrei. Eum hoc loco interpretari inter nostra etatis interpres agnoverunt et Eichhorn atque Gesenius. Eadem, quia Noster, Hispice imagine principem illum è stirpe Davidicæ oriundum, sicut Ieremias, 23, 5, 33, 15, nec non Ezechiel 17, 22, 25, qui de fastigio summo arboris cedri familiaris Davidicæ torum aliquem surculum, vel stolonem deprendit plantandisque in excelso monte Israëlis dicit, ubi facturus sit fructum, et excreturas in altâ et ampliâ arborem. Conf. Zachar. 5, 8, et 6, 42. Receditur Chaldeus nostrum versum sic explicativi: Et egredietur rex de filiis Isai, atque Uncus, Messias, ex filiis filiorum ejus, Isai, ex crescere. Ideo sequuntur Hebrei interpres longe plenius. Conf. Isaaci Abernethies Preco Salutis in lingua Latinam translatus ab Jo. Henr. Maior (Proef. 1711, in-4°), p. 51 seqq., Joa. Frischmuth Dissertat. de primo, quem in veri nominis Messia Iudei exigunt charactere, ex Isai vaticinio, 11, 1; Jen. 1066, in-4°, et ejusd. Dissert. de secundo, tertio et quarto, quos in veri nominis Messia Iudei exigunt characteribus, ex Isai vaticinio 11, 2, 3; ibid. eod. anno. Utraque Dissertatio legitur quoque in Thesauro Theolog. Philolog. seu Syllago elegantiorum Dissertat., vol. 1, p. 763 seqq.

(Rosenmüller.)

possimus: nam et schoresch pro cā parte quæ terræ suprêmèt et ex radice oritur hoc eodem capite et infra 53 accipitur. Inquit ergo quid ex progenie Jesse oriturus esset Dominus Jesus. Noluit autem dicere ex David, sed Jesse, ne quis existimaret quid surculo huic aliud accresceret ex dignitate Davidis.

VERS. 2. — ET REQUIESCET. De verbo nunc nonnulli jam supra dictum est. c. 7, 2. Enumerat autem nonnulla, eaque precipua, dona quibus donantur à Spiritu S. super quos ipse quiescit. Ille autem ex Spiritu S. conceptus est, præ particibus suis unctionis. De quâ quidem unctione plura dicit propheta in sequentibus; unde et requiescere super eum seu considerare dicitur. Atque ad hunc fortè locum respexit Evangelista cum dicitur: Super quem videris Spiritum Sanctum descendente et manente, etc. Notandum quoque in Scripturis quid sp̄ritus S. super aliquem perpetuatem ejus munieris significet. Sic super Helisæum quievit spiritus Helia, etc., id est, Spiritus sapientia et intellectus. Sunt qui hæc duo ita distinguunt ut komah sit lux et cognitione rerum, que dicitur sapientia; binah vero iudicium quod ex haec sapientia oritur, quo inter res discernimus, et quod Graeci δίνεσθαι vocant, et Latini intelligentiam seu prudential; sicut et nubes est intellectus seu prudentia prædictus, qui in rebus agendis industrias habet et peritiam. Negue est cur de distinctione horum donorum subtilius nunc agamus, præsertim cum eas operationes Spiritus S. hic tantum enumerari existimare que supremum iudicium aut magistratum decent. SPIRUS CONSILI ET FORTITUDIS. De his vicibus jam in superioribus dictum est. Duo haec iudicium sumpperere necessaria sunt; ut optimus sciens consilium sequatur, neque inter deliberandum apparetibus rationibus cedat; et ut fortitudine animi vel robore ceteris superior factus, quod statuerit faciendum nullâ difficultate territus constanter exequatur. Vel spiritus consili id præstat ut recte valeat quisquam consulere vel consilendo mederi rebus afflictis; et geburah ad hoc sit, ut animus in adversis non despondeat, aut animo cedat; haec enim duo ei qui rem publicam administrant omnino necessaria sunt. Et alibi in Scripturâ haec duo conjunguntur. SPIRUS SCIENTIE ET PIETATIS. Haec duo, ni fallor, ne cum superioribus, sapientia et prudentia, confundamus, ad divinæ legi cognitionem et Scripturarum intelligentiam, et quæ ex hujusmodi studio ac cognitione orientur reverentiam, religionem, cultum, que una vox iaceat, id est, timore, Hebrei significant, refrenda sunt. Daath autem infinitus à verbo iada sep̄e via nominis capit; et fit in genere universam scientiam declarat, tamen Malach. 3, et alibi, cognitioni voluntatis Dei ex Scripturis tribuitur. Venerem autem quam hic pietatem dixit Vulg. mox sequenti versus timorem interpretatur.

Vers. 3. — ET REPLEBIT EUM SPIRUS TIMORIS DOMINI. Haric propriæ est olfacere, respirare, inspirare, etc., et fortè est hiphil radicis ruac. Neque du-

bium mihi est quin sit hic in infinito, licet quidam vir doctus reddendum putet et faciat ipse; neque mortor puncta. Sensus itaque est: *Respirare ipsius erit in timore (vel cum timore) Iehova;* il est: *Nihil nisi timorem, religionem ac pietatem spirabit.* Cum enim *zelus donis Dei viscera ejus depascaret, et ex abundantia cordis os et oculi et manus loquuntur, quid aliud spiraret?* Et hunc sensum voluit Vulg. sequi, dum *eam repelendam Spiritu timoris Domini dixit.* Sed significantiora sunt verba Hebreorum. Est alius sensus non contemnendas, scilicet: *Olfacere ipsius erit cum timore Domini;* ut *olfacere* metaphorice accipiant pro *presentiascerere*, seu etiam *judicium ferre*, quod Latinum dicit *sagire*; unde *sagis ams, et sagaces canes.* Si metaphorice sumunt Job. 39: *Longe olfacit bellum;* et Jud. 16, quod Samson *disperperit funes, sicut rumpitur filum quando olfacit ignem.* Opponitur ergo *judicio oculorum*, etc. Hie itaque vides, judicium sensus falli posse; *judicium autem timoris Domini non ita faciliter.* Illud autem, *non secundum visionem, non secundum auditum, etc.,* proverbiali forma dicitur; id est, non ex apparentia et signis externis *judicium feret;* vel, non respectu ad personam et ea que extra causam sunt. Et ita intellexisse videtur Vulg., qui conjunctione que est initio versus sequenti pro adversativa accepit.

VERS. 4.—*SED JUDICANT.* Vau enim interdum hanc vim habet; aliqui suam vim hic poterit retinere, ut a genere in speciem descendat. Si enim non fert *judicium nisi dicante timore Domini;* ut *du-judicio hominum non curat,* sed, ut in lego scriptum est, *Dei judicium judicet,* quid superest nisi ut pauperes a vi liberet, et derelictorum sit patrones? Etsi enim pauperum causa interdum mala esse potest, tamen quod communis usu evenire consuevit Scriptura commemorat, significans non idecirco esse dannandos quia tenues sint et exhausti et ab aliis omnibus despici. *Exhaustos et derelictos pro pauperibus et mansuetis dixi,* ut propriam vocum significacionem retinere, etis scio hoc interdum confundi. Virga oras sui. Id est *virga oris et spiritus laborum,* verba nimis quis spiritu et labi formantur. Verbo autem Dominus *terram percussit dum ad sanam men-trem predicatione Evangelii redire habitatores ter-ram compulit;* dannavit quoque omnem improbatam et omnia peccata; et ex verbis Evangelii, quim digni morte sint improbi omnes, satis manifestum factum est. Neque aliud facere posset qui *spiritu timoris Domini plenus est,* aut qui dicante *timore Domini judicium fert.* Ideo enim rex ille Israel damnationis sententiam promersit quia dimisit virum dignum morte.

Vers. 5.—*Utque timer Domini* damnat improbus atque peccatum omne eliminat, ita justos non deserit aut derelinquit, immo semper magno favore prosequitur tanquam sibi conjunctissimos. Eodem affectu prædicti sunt Deum timentes: hi enim vitam et institutum justorum probant et complecantur, ubiquecum illi tandem sint: quemadmodum David, qui in matutino in-

terciebat omnes operantes iniquitatem, et oculos conjiciebat ad fidèles terrae ut secum sederent; et ambantes in via immaculata pro ministris habebat. Sive autem in abstracto sive in concreto *justitiam* atque *veritatem* seu *fidem* accipianus, per cingulum conjunctionem, familiaritatem, quam nulla oblio intercipit, intelligere opus est ex Hebreorum usu. *Fides Enun-cta, constanta, certitudo, veritas, firmitas, virtus,* scilicet promissa seu pacta servans. Et Latinis fides dicitur quasi *fiat quod dicatur.*

VERS. 6.—*HABITABIT LUPUS, etc.* (1). Quae sit effi-

(1) *HABITABIT LUPUS CUM AGNO,* juxta agnum. Id ipsum in auri seculi descriptio legitur infra 65, 25. Inimicitia omnes finite erunt, adeò ut bellus feritatem depositur sint. Opus enim justitiae est pax. Tanta igitur erit illius finis aquitas et justitia, ut si fieri posset, animalia invicem adversa simili pastum iura essent. Poeta orientales recitatores, cum effectus effectus et equitatus describere volent, similes imagines adhibent. Vetus Ibn Oncin, poeta Arab, apud Jones in *Commentarii Poësies Asiat.* p. 550:

*Justitia, à qua manuetus fit lupus fami astrictus,*  
*Esiens, taret himmum canidum videat.*

Et Ferdousi Persarum nobilis poeta, apud eundem ibid.:

*Rerum Dominus, Mahmud, res potest,*

*Ad cuius aquam potum venient simili agnos et lupus,*

Romani poete lissim imaginibus sunt us in aurea etate describenda. Sic Virgilii *Elog. 4,* 21:

*Ipsa lacte domum referant distenta capella*  
*Ubris; nec magnos metuent armenta leones.*

Et paulo post:

*Ociclat et serpens, et fallax herba venenii*

*Ociclat....*

Et *Elog. 5, 60:*

*Nec fūsus insidiata pecori, nec retia cervis*

*Ulla dolum meditatur; amat bonus otia Daphnis.*

Sic et Claudianus, *Proleg. lib. 2 de rapta Proserpina;* ubi describit effectum lyre Horae alterius, post Herculem, orbi pacificatoris (vers. 25 seqq.):

*Securum blandi lepori foevre molossi,*

*Vicinumque lupu præbit aqua latus,*

*Concordes vari ludunt cum tigride dame,*

*Masylam cervi non timere jubam.*

Sed ante eos Theocritus *Idyll. 1, 20,* in vaticinis de tempore, quo pacatus foret orbis ab Hercule: *Erit illa dies quando hinnulim in suo strato lupus, dentibus*

*videns lederi nolit. VITULUS ET LEO,* etc.

Vel: *Et vitulus, leucaspis atque pecus sagittatum*

*una erunt, sine antipathia atque discordia.*

ET PFERDVS, etc. Vel: *Puer parvus dicit ea.* Hieronymus: *Hic Judei et nostri iudaizantes junta littera ram futura contendunt, ut in claritate Christi,*

*qui emuntur in fine mundi esse venturum, omnes*

*bestie redigantur in mansuetudinem, et pristina fe-*

*ritate deposita lupus et agnus pascentur simul,*

*et cetera cum ceteris que num videmus sibi esse con-*

*traria. Quae interrogare debemus, si omnia præsen-*

*tia loci sic accipiuntur, ut scripta sunt, et nihil re-*

*fertur ad intelligentiam spiritualium, juxta illud*

*Apostoli, qui ait: Benedictus Deus, et pater Domini*

*nostrí Iesu Christi, qui benedictus nos in omni bea-*

*titio spirituali in colestibz in Christo;* ergo et

*cradix, et virga, et flos non referantur ad sensum,*

*terramque percussa verbo Dei, et interiectus impul-*

*spiritu laborum ejus sic intelligentiar, ut scripta*

*sunt, et docere cogantur, quomodo rebus incorpo-*

*reis, justitia et veritate, renes Domini circumden-*

*tur. Sed et hoc etsi interrogemus, quid dignum sit*

*Domini majestate, ut lupus et signis pascentur si-*

*nus, et pardus cum hodo accubet, et leo paleas co-*

998  
cacia verbi Dei, verbi scilicet Evangelii, seu percus-sionis illius salutaris de qua superioribus versibus locutus est, in istis declaratur: Abigit feritatem morum, pacem et charitatem mutuam colere facit, ut in pace et tranquillitate vitam ducentes celestibus possimus vacare. Ille. *Gedi* est *gadad*, quod significat excursionem seu incursionem facere. Et nomen significat *parvulos tam caprini quam ovili generis.* Atque tamdiu retinet hoc nomen quādū fronte incurrat in ubera matris et salutis gaudent. Ovis. Nomen quod Vulg. hic *orem* dicit, cap. 4, dicit *pingua, adipem pinguis,* etc. Scitur ergo quod sicut nomen ber significat *corpus, sive hominis sive pecoris, recreatum ut eniteat,* quod fit quando est pinguefactum, ita meri significat *pecus mutatum* *macilenta in pinguedinem saginatione;* altum ergo seu saginatum seu pingue reddere licet. Vide Exech. 59: *Juvenorum altuum vestrum,* etc. Leones autem et feras in pingua libentibus irruunt. MINABIT. Participium est *noeg* a verbo *nagah,* quod *abducere seu abigere* significat, neque male verbo *minandi* redditur. Sed similiter constructione hojus verbi non memini me legisse; solet enim accusativus regere: quare fortassis tanquam nomen accipi debet, pro *abductore seu duce,* id est, *pastore, et beth pro inter, ut sepe solet, q. d., pastor inter eos.* Missi enim sunt Apostoli sicut *agni inter lupos;* et simplicissimi atque inernibus viris scimus paruisse ferisimis gentes. Verbum *morabantur* addidit interpres de suo.

VERS. 7.—*VITULUS.* Non est eadem vox que praecedenti versu, sed femininum nomen est a fructu dictum. RISQUENT. Quod superiori versu accusabant recte verti. Est autem proprium quadrupedum, sicut *secab* est hominum. CATULI. Cum non ad ursum tantum referri debeat nomine *ialedim*, quod a gignendo deducitur, malui *filios dicere,* quod nomen etiam brutis tribunt boni antores. PRO ARI. ut prius autem ursam quoque dicere possemus: *doib a dabbab,* a sono proprio huius animalis, sive *ab infamia;* male enim audit propter truculentiam; vel a gravi odore quem spirat. PALEAS. *Theben banah* a verbo deducit verisimile est. Ejus enim non minimum usus fit in extrudiens dominibus atque in compengidis lateribus. Vide Exod. 5. Est quoque cibus equorum et pecorum. Hic autem figurā significat quod eos qui cadiibus et rapiens gaudebant, piratas, atque scários, nationesque barbaras Numidarum atque Scytharum, ad morum mansuetudinem per verbum Evangelii reducere Apostoli; quod non minus admiratione dignum est quā si leonem quis comedere paleas assueferet, medat, et puer parvulus mittat manum suam in lacrimine aspidum? Nisi forte juxta fabulas poetarum carorum nobis Saturni seculum restituent, in quo lupi et agri pascentur simul, et mulso vino plena current dumina, et de foliis arborum stillabunt melia dulcisissima, lacticisque fontibus omnia complebunt. Quod si responderint, pro beatitudine temporum hac futura, ut absque cajusquam nocte homines bonis omnibus perfruantur, audiunt a nobis: nihil esse bonum nisi virtutem, et nihil malum, nisi vitium. (Rossmüller.)

VERS. 8.—*DELECTABITUR, etc.* De hoc verbo schiascha vide supra 5, 7. Ego periphrasi expressi utcumque vim verbi. Haec adimplita existimo quando in delubris et templis demonibus dicatis discipulis Domini verbum ipsius predicabant, et loca illa in templo Dei ecclie converabant, traducentes cultores demonum ad lucem et agitionem veritatis: que ingens voluntatis erant amplissima argumenta. Hic quoque considera quibus nominibus Spiritus sanctus appellat suos, *agnos, hædos, vitulos, utilitas, boves, pueros, parvulos, lactantes, ablactatos;* quibus nominibus ipsos quoque verbi ministros intelligit: que omnia simplicitatem, mansuetudinem, innocentiam declarant. Juvat etiam videre quibus appellantur peccatores. Quid sunt nisi *lupi, ursi, leones, aspides, viperæ, et similia?* O juvendam Spiritus Domini percussionem! 6 cedem salutem, quā omnis improbas tollitur, et innocentem terris redditur! ASRINS. Quanam sit species animalis, incertum est. Nomen Hebrew videtur habere a persuadendo, quod minimè persuaderetur, *phather a phathat,* quae etymologia videtur haberi ex Psal. 58. CAVERNAE, vel *foramen.* Hebr. *meurah quasi absque luce dicitur.* REGULA. Neque quale sit hoc animal constat apud Hebrews. Videtur dici Hebrews a *vulnerando, tispheoni,* transpositis litteris a *phata.* Ego crediderim esse nomen compositum a *TES, speculator est,* et *TES affixit,* quod *visu noeat et iteratur.*

VERS. 9.—*NON NOCEBUNT, etc.* Fatoe haec verba, ut a Vulg. versa sunt, non male reddit: quia tamen ex locis Scriptura, quando sine casu ponuntur, illam aliam acceptiōnem, non male afficiunt, vidi esse frequentiores, volvi eam in versione indicare: ut prius ad injustitiam in alterum referatur; quod et Vulgatus sensit, non nocebunt; posterius ad perditos cū jusque mores, non perdītē agent, quod scilicet neque alio neque seipso perdent. Hoc sunt veluti superiorum versum expositio. Significat autem ingenitum justitiae totiusque sanctitatis abundantiam, quae in Christi Ecclesiā vigere debebat; sicut viguisse per plures annos olim novimus. Quod si ad hunc modum accipias, videbis quod locus hic Prophete non excludit ab Ecclesiis peccatores, neque usum gladii reipublice christiana admittit. Hanc autem virtutum ac celestium donorum inundationem scientiam Dei, id est, predicationem Evangelicæ, tribuit, per quam fides et vera rerum cognitio redditur in mundo. Eisi enim multi qui fidem habent, perdit sunt moribus, scientiam tamen Domini principium et fundamentum est totius sanctitatis; quod si quis amuletur et actionibus suis accommodet, neque alteri nocebit neque ipse apud se quidquam perversè ager. OPERIENTES. Adjectivum est aquarum. Noque verti potest *aqua maris;* nam non *marin* est forma integra. Potest itaque sic reddi,

sicut aquæ à mari operientes (is enim interdum usus est lamed), id est, veluti si mare redundaret et operiret terram, ut in diluvio factum fuit. Et hunc sensum videtur sequi Vulg., vel, ut transstili, *sicut aquæ mare operientes*, tropo quodam, quasi dicantur aquæ operare mare, quod scilicet operant omnia que sub mari sunt, id est, sicut mare aquis suis operans bonam terræ partem; hoc est illud: *Erant omnes dotti à Domino*, etc. Hic vides affectus per intellectum mitigari; quām etiam necessarium sit samam Evangelii doctrinam perpetuā mentibus hominum inculcari; nam si hāc carcent, veluti ager incultus spinas, id est, affectus illos ferinos et agrestes, germinabunt, de quibus superius dictum est. Neque eā quidquām existimet posse meliori ratione aut viā magis compendiaria à mundo vita penitus extirpari quam eā quā Dei Filius, ipsa Patris sapientia et humanaū mentum artifex, id oīm fecit, et aliō exemplo suo, ut sic facerent, instituit. Sed lege quā sequuntur.

VERS. 10. — IN DIE ILLA RADIX JESSE, etc. Postquam lux Evangelii gentes illustraverit, quid putat futurum nisi, quemadmodum in Evangelio ipse Dominus dixit, *ut exaltatus à terra omnia trahat ad se?* Ubi enim gentes intellexerunt quanto studio Deus prospexit mundum fuisse, eumque amore hominum confixus intellexerunt, ad eum sese contulerunt. Crux ergo Christi, sive Christus crucifixus, est illa *virga de stirpe Jesse* de quā vers. I hujus capituli dictum est; quāē etiam in *symbolo populi*, ut tangam ad vexillum invicti imperatoris confiuncta gentes, ubi intellexerint per crucem de morte et peccato Dominum triumphasse, et dannatum mundi principem; confluant, inquam, ad crucifixum Dominum, ut sub ipso degant, illus consultant, ab eo pendeant. Nam verbum *dorasch* constructum cum prepositione *el*, ut hoc loco, peculiariter phrasa significat *spe quādam concepti confere se ad aliquid per consilio seu auxilio*. Vide supra 8, 19, et infra cap. 19. Congruit itaque locus hic cum aliis Scriptura locis, quibus multitudinem gentium ad Christum congregandam Prophetæ, aliis licet verbis, prædixerunt. Qui, inquam, omnes in prophetiam Jacobi patriarchæ resperuerunt Gen. 49: *Et erit ad ipsum aggregatio populorum*. Supra 2, cap. *Confuenti ad eum*, etc. Usi sunt autem verbis que motum, et quidem voluntarium, et pronam animi inclinationem notant. Vulg. hanc phrasim per *deprecari* vertit, neque malè, secutus Chaldeum. Hic quoque vides nomen *schorsch*, quod alias radicum notat, abusivè accipi pro *surculo qui ex radice pululat*. Jam quōd Vulg. dixit *sepulcrum* nemo miretur. Nam vox Hebreæ propriè non solùm *quietem* sed etiam *locum quietis*, aut in quo sibi quisquam *acquiescit*, significat; ego *mansionem* dixi. Nam video vocem non semel significare non unam aliquam domum, sed totas zodes et quidem amplas, cujusmodi sunt regnum palatia; unde pro ipsa regia et templo Dei sepè accipi videbis; et Psal. 95, pro *toldè terrâ promissionis*. Libenter ego hic pro *regia* accipere. Ecclesia enim Christi olena fuit gloria Domini, critique in perpe-

(1) Phœtros, canton de l'Égypte. (Bible de Vence.)

tum; et tota ipsa nihil aliud est quām quedam *Dominis gloria*. Ceterum si mihi licet omnino aliquid novi afferre, ego *menakah*, que vox hic cum affixo est, non à verbo *nacah* deducorem, neque esse idem nomen quod *MANAH*, seu *CIBAH* *MENAH*, ut omnes existant, atque ut ego ipse quoque interpretatus sum, sed esse illam quam Hebrei à tempore punctationis Bibliorum sic punctarunt, *MINAH*; cuius origo est, ut jam supra dictum est, à verbo *nacah*; significat autem donarium seu donum quod homini aucto *Deo honoris causâ offertur*, eō quid sensim et cum pompa quādam deferatur. *Oblationem Deo factam* significat, Gen. 4; de donario autem *homini facto*, Gen. 52 et 45, et Jud. 4. Ex quibus locis et alii quāmlorū intelligunt consuetum fuisse jam oīm deferre regibus ac principib⁹, illisque quos placeare vellet, munera atque donaria. Dicerem ergo hoc loco de his muneribus esse sermonem, nempe quid gentes, que ad Dominum venirent, donaria gloria afferrent, vel darent Domini gloriam, et Dei magnificientiam atque misericordiam praedicarent cum Paulo, ex Psalmo, *Gentes autem super misericordiā tundate Deum*. Nec me moratur punctatio; nam, ut ipse Jam monuit, parvi interdum facienda est. Et in hac ipsa voce Jer. 51, ubi Vulg. habet *princeps propheticus*, et Hebrei vertunt *princeps quietis*, *MENAH*, quod scilicet cum rege quiesceret ac regem recrearet, Chal., Targum, quasi scriptum esset *MINAH*, *princeps numeris*, id est, *munerum*, dicit, *princeps thokerabatha*: quod satis probat Biblia tunc non fuisse punctata, et liberiore fuisse interpretandi ratione.

VERS. 11. — De nominibus isti gentium et regionibus vide Gen. 10, et Hieronymus lib. de Quæstionibus Hebr. De *Assyriâ* et *Egypto* quæ *MIRAIM*, et *AETHIOPIA* quæ Hes dicitur Hebreis, nemo dubitat. *Pathros* (*Phetros*) autem ignotum est (1): crediderim hinc ipsa vox Jer. 10, ubi Vulg. habet *phateros* *prophetie*, et Hebrei vertunt *princeps quietis*, *MENAH*, quod scilicet cum rege quiesceret ac regem recrearet, et invenimus, quasi scriptum esset *MINAH*, *princeps numeris*, id est, *munerum*, dicit, *princeps thokerabatha*: quod satis probat Biblia tunc non fuisse punctata, et liberiore fuisse interpretandi ratione.

Vers. 12. — ET LEVABIT SIGNUM, etc. Hoc versus

nos jam spiritualiter adimplita esse credimus, et quotidie impleri, quando Dominus filios Dei, qui sunt dispersi, in unum congregat, ut Joannes ait.

VERS. 12. — ET LEVABIT SIGNUM, etc. Hoc versus repetit aliquantò clarius quod superiori dixerat. Pro *profugis* dixi *expulso*, ut vim verbi *nadae* exprimere; et *dispersiones* pro *dispersis*; est enim feminina forma, sed ad sensum parum facit. Dixi quoque *alas*, et Hebraismum retinui, quod non obscurus esset. Dicitur autem Hebreis à *cavitate*, de volucribus, de vestibus, et de celis.

VERS. 13. — HOSTES IUDA PERIBENT. Tumbabant Iudei propter regiam Davidis stirpem, et proper templum et cultum; decem autem tribus, etiam si numero vincunt, inviati tamen laborabant ob felicitatem regni Iehuda. Fides autem christiana abstulit hæc omnia; in Christo enim Jesu non est distinctio tribum et regnum, ut neque Iudei et Graci, sed omnes in Christo fratres sumus et filii Dei. Dominus autem discipulos suos et primores illos Ecclesie ex Iudeis delegit; et cum plures essent ex Galileis, non est quod ultra inviderent Iudeis; quinim omnes nos atque eodem spiritu rem christianam auxerunt et regnū Christi propagarunt, ut mox narrat.

Vers. 14. — ET VOLABUNT IN HUMEROS, etc. Hec de conversione gentium per Apostolos intelligenda sunt, quibus cessit Palestina omnis, et regiones illæ ad quas per mare Mediterraneum adiutor potest, tota scilicet Europa, et Oriens accidens. Quod autem haec spiritualiter, ut dixi, intelligenda sint, probant quae sequuntur v. 15 et 16. Nam cùm hoc versus dicat quod Iudei, veluti aves, in *terris Palestinae involarent*, *subjungantique Idumaeos, Moabitas, Ammonitas*, et *orientales populos depravarentur*; quoniam pacto, v. 15 et 16, non victorian, sed regressum filiorum Israel ex captivitate commemorat? Intelligent ergo Iudei victorianam hanc esse per verbum Dei et predicationem Evangelii, quā auditi filii Dei, qui erant dispersi, ad Deum Israëlis converuerunt, sublati omni impedimento. Neque te conturbent nomina *Assyriorum*, et *flaminis*, scilicet Euphrate, quasi hic de redditu ex Assyria sit sermo. Nam neque ab Assyria leguntur redditus Israëlitæ, neque alter redditus sunt quam

#### CAPUT XII.

1. Et dices in die illâ: Confitebor tibi, Domine, quoniam iratus es mihi: conversus est furor tuus, et consolatus es.

2. Ecce Deus salvator meus: fiducialiter agam, et non timebo, quia fortitudo mea, et laus mea Dominus, et factus est mihi in salutem.

3. Haurietis aquas in gaudio de fontibus Salvatoris;

4. Et dices in die illâ: Confitemini Domino, et invoke nomen ejus: notas facite in populis adiunctiones ejus: mementote quoniam excelsum est nomen ejus.

5. Cantate Domino, quoniam magnificè fecit: annuntiate hoc in universâ terrâ.

môd exposui; sicut neque ex *Ägypto*: neque enim rursus exsiccandum est illud mare, neque rursus suffocandi *Ägypti*. Quam interpretandi rationem si in Propheta non adhibeas, aperte judicare te passim oportebit. *Volabant in humeros*, velocitatem prædicantium significat, insuper et subiectiōne credentium. Cum enim leo aut fera alia trucidata in bovis (ut solent) aut alterius animalis scapulas insilit, sine morā ipsum discipit; sic Apostolorum discipuli se suaque omnia illorum arbitrio tradebant, et si opūtūset, oculos eruerint libenter, ut loquitor Paulus. *PRECEPTEUM*. Nomen *mischeloaç*, *immissio* vel *missio* est. Passivè videtur accipi, id est, in *quos manus suas mittent*, ejusdem significacionis cum *mischeloaç*, de qua supra 7, in *immissionem bovis*, etc. *OBEDIENTES ERUNT*. Sensus expressus; nam nomen *mischemadis auditus*, *audientia*, deinde ei *obedientia*.

VERS. 15. — ET DESOLABIT. Verbum *caram, funditus perdere* ut *nihil remaneat* significat, ut fiebat in anathemate; proinde verbo *anathematizandi* reddere volunt, ut vnde exprimerent. *LINGUAM autem MARIS ÄGYPTI*; non dubium quin mare *sup quod Rubrum vocant*, appellat: lingue enim similitudinem habet, atque *Ägyptum* ex eā parte terminat. Per *exsiccationem* autem *maris* et *fluminis* ablationem impedimentorum omnium intellige. At *flumen ipsum Euphratem* eum Chaldeo accipio. In *SEPTEM RIVIS*, vel in *septem rivos*, id est, in multiplices meatus. Sic enim solet fieri ut vnde transpirant possint flumina. Vel est nomen proprium loci, ad *septem rivos*, in ipso Euphrate. In *FORITUDINE*. Hæc vox nullibi in Scripturis præterquam locu[m] eius invenitur; neque unde originem trahat certum est. Quantum certè ex cognatis vocibus colligere possumus, verisimile est *collectionem* significare. Sed sensus idem est; nam *collectio spiritis* ad vim facit. Ego *rehementiam* dixi, nam de *Spiritu Domini* est sermo, qui impedimenta omnia absulti: is autem quando in Apostolos descendit, *auditas est sonus tantum spiritus vehementis*. Ut *TRANSEANT PER EUM CALCEATI*. Hebraismum molivit et optimè redditus Vulgaris; ego retinui, quia facilis erat, et *calcare faciet in* (vel cum) *calceis*, et est proverbialis locu[m].

#### CHAPITRE XII.

1. En ce jour-là, vous direz : Je vous rends grâces, Seigneur, parce que vous nous êtes mis en colère contre moi, et que, votre fureur s'étant apaisée, vous m'avez consolé.

2. Voici, Dieu est mon sauveur, j'agirai avec confiance, et je ne craindrai point, parce que le Seigneur est ma force et ma gloire, et qu'il est devenu mon salut.

3. Vous puisez avec joie des eaux des fontaines du Sauveur;

4. Et vous direz en ce jour-là : Chantez les louanges du Seigneur, et invoquez son nom : publiez ses œuvres parmi les peuples ; souvenez-vous que son nom est grand.

5. Chantez les louanges du Seigneur, parce qu'il a fait des choses magnifiques ; annoncez sa grandeur dans toute la terre.